



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

IX. De coniugio servorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Non potest resilire, si mulier contra
eum retinere, nec petat divortium;
quia alias dolus faus ei prodesset, quod
est absurdum. *c. pen. b. t.*
c. 1. b. t.

De conjugio leproforum.

TIT. VIII.

1. *Lepra superveniens estne causa dissolven-
di matrimonii?*

Non est; quia matrimonium est vin-
culum individuum & indissolubile,
nec aliter ob lepram permitti debet sepa-
ratio conjugum, quam ut uterque altero
vivente perpetuo contineat. Imo & li- *c. 1. b. t.*
berum leprosis est matrimonium contra-
here, obliganturque invicem ad debitum,
sicut infirmus a sano illud exigit. *c. 2. b. t.*

1. *Quid si lepra post sponsalia contracta su-
perveniat?*

Potest tunc alter contrahentium a spon-
saliis de futuro licite recedere, quia non
est verisimile, quod etiam promiserit.

De conjugio servorum.

TIT. IX.

1. *Suntne licita inter servos conjugia?*

V

Omni-

c. 1. h. t. **O**Mnino, adeoque & contradic-
tibus atque invitis dominis: ut tunc
per hoc servus non liberetur a debitis
consuetis servitiis domino exhibendis.

1. *Quid si liber homo contrahat cum
vel ancilla?*

Distinguendum est. Vel enim liber
homo scivit eam esse ancillam, & contra-
xit matrimonium: vel ignoranter contra-
xit cum ancilla, credens esse liberam; in
casu matrimonium est nullum, & potest
qui cum ea contraxit, postquam inno-
xit servam esse, ab ea separari, & contra
alia contrahere. Nisi eandem, postquam
rescivit esse servam, cognoverit contra-
xit, quam tunc tenetur uxorem habere:
quia apud Christianos matrimonium
consistere potest etiam inter liberum &
servam, quamvis aliter se res habeat
civiliter.

c. 2. h. t.
Inst. De
nupt. in
princ.

De natis ex libero ventre.

TIT. X.

1. *Natus ex libero ventre, id est, matre libe-
ra, patre vero servo, an liber erit vel
servus?*

Instit. de **H**ic liber erit & ingenuus: quia
ingen. & **H**ucus sequitur ventrem, id est, con-